

Lampadius:
Compendium Musices, Bern 1537

[1] COMPENDIUM MUSICES, TAM FIGURATI QUAM PLANI CANTUS ad formam Dialogi, in usum ingenuae pubis ex eruditissimis Musicorum scriptis accurate congestum, quale ante hac nunque visum, et iam recens pulcatum. Adiectis etiam regulis Concordantiarum et componendi Cantus artificio, summatim omnia Musices praecepta pulcherrimis exemplis illustrata, succincte et simpliciter complectens.

PRAETEREA ADDITAE SUNT FORMULAE INTONANDI PSALMOS, et ratio accentus Ecclesiastici, legendorum quoque Evangeliorum et Epistolarum.

Ab AUCTORE LAMPADIO Luneburgensi elaborata.

[2] IN LAudem MUSICES IOANNES TELORUS

QUEM non delectet divinae Musica mentis?
Cui non organicos suscitet illa sonos?
Musa sonis penetrat sensus, et pectora mulcet
Haec vitae comes est, gaudia mentis habet.
Haec decus, haec ipsa est hominumque
Deumque voluptas
Qua sine nil animis, complacet usque pijs.
Spiritus ac veluti corpus sustentat et auget.
Musica sic animos excitat atque fovet.
Aethereis Sphaerarum vocibus ipsa resultat
Musica vox, vocum quae parit omne melos.
Numinis haec habet afflatus, dulcedine cantus
Permovet atque rapit quodque sonare
valens.
Musica sic placeat multis et millibus unum
Virtutis munus, quod colat omnis homo.

Ein Kompendium der Musik, des figuralen wie auch des einstimmigen Gesangs, in Dialogform, zum Gebrauch der einheimischen Jugend aus den gelehrtesten Schriften der Musiker sorgfältig zusammengestellt, wie es bisher noch nicht zu sehen war und nun frisch veröffentlicht worden ist. Unter Hinzufügung auch der Konsonanzenregeln und der Kunst der Gesangskomposition, summarisch alle Vorschriften der Musik, an herrlichsten Beispielen illustriert, in knapper und einfacher Form enthaltend.

Ferner sind auch die Regeln zum Singen der Psalme und die Lehre vom Kirchenakzent, also von der Art wie das Evangelium und die Episteln zu lesen sind, hinzugefügt.

Von Auctor Lampadius aus Lüneburg ausgearbeitet.

Lob auf die Musik, von Johannes Telorus

Wen beglückte nicht die Musik des göttlichen Geistes?
Wem entlockte jene nicht die Klänge der Instrumente?
Die Muse durchdringt mit Klängen die Sinne und besänftigt die Gemüter.
Sie ist des Lebens Gefährtin, umfasst die Freuden des Geistes.
Sie ist Zierde, sie selbst ist das Vergnügen der Menschen und der Götter, ohne sie sind die Seelen nichts, sie gefällt stets den Frommen.
Wie sie den Geist und den Körper stärkt und fördert,
So erregt und heilt die Musik die Seelen.
Der Ton der Musik widerhallt sogar in den himmlischen Klängen der Planetenbahnen, er erzeugt allen Gesang der Stimmen.
Sie bewahrt den Hauch Gottes, ihr Gesang bewegt und ergreift durch Lieblichkeit, was klingen kann.
Die Musik als einziges Geschenk der Tugend, gefalle so vielen und Tausenden, dass jeder Mensch sie verehren möge.

[3] STUDIOSO MUSICES Eberardus ab
Rumlago Vituduranus. Salve

Si alio nullo merito certe propter vetustatem et inventores Musica omnibus iure commendatissima extiterit: cui priscis temporibus tantum et studij ac venerationis sit habitum, ut ijdem Musici (Quintiliano teste) et Vates et sapientes iudicarentur. Propterea quod haec cum divinarum rerum cognitione coniuncta, sacris etiam plerunque adhibita fuerit, atque hoc ipsum non sine maxima ratione, perspexere enim sapientes viri plerasque liberales disciplinas, in his quae extrinsecus adveniant occupatas, hanc vero solam penitus ab spiritus arcano proficisci ut nullo certiori teste, quicquid in animo versemus, nisi vocis modulamine significemus, utpote quae re conditißimas cogitationes mentis perspectas, et exploratas habeat, unde etiam mos inolevit, ut si qui pietatem, quam devotionem erga deum appellant, testari voluerint, hoc non absque vocis significatione praestiterint, testem videlicet adhibentes, qui ut dißimulare nolit sic etiam nesciat. Quod ubique ex divinis atque prophanis literis vatumque canticis potißimum tamen psalmographo, luculenter apparet. Ad haec apud priscos gratulandi officium si quis novam vineam plantasset, novas aedes incolet, aut aliud quippiam novi exorsus fuisset, sicut etiam annona collecta gratias canebant, non nisi Musices praesidio peragebatur:

Vom Studenten der Musik, Eberhard von
Rümlang, Winterthur. Sei gegrüsst!

Wenn aufgrund keines anderen Verdienstes, so gewiss wegen ihres ehrwürdigen Alters und der Erfinder erschien die Musik mit Recht allen als höchst lobenswert: ihr wurde in den alten Zeiten soviel Eifer und Verehrung zugedacht, dass jene Musiker (wie es Quintilian bezeugt) für Propheten und Weise gehalten wurden. Deswegen also ist sie mit der Erkenntnis der göttlichen Dinge verbunden und wurde meistens auch bei Opferungen angewandt; indes - dies selbst nicht ohne den grössten Verstand - erkannten nämlich die weisen Menschen, dass die meisten freien Künste mit dem beschäftigt sind, was von aussen herankommt, dass diese allein aber tief drinnen vom Geheimnis des Geistes ausgeht, so dass - was auch immer im Geiste wir überlegen - wir uns durch keinen zuverlässigen Zeugen ausser durch den Gesang der Stimme ausdrücken, der ja tatsächlich die verborgensten Gedanken des Geistes erkannt und erforscht hat, woher auch die Sitte erwuchs, dass wenn einige die Frömmigkeit, die sie Demut gegenüber Gott nennen, bezeugen wollten, dies nicht ohne Nachdruck der Stimme verrichteten, und so nämlich einen Zeugen hinzuzogen, der sich weder verstellen will noch kann. Das wird überall aus den göttlichen und profanen Schriften und Gesängen der Propheten, am meisten jedoch aus den Psalmen glänzend offenbar. Dazu wurde bei den ganz Alten die Zeremonie des Glückwünschens, wenn jemand einen neuen Weinstock gepflanzt hatte, ein neues Haus bewohnte, oder irgendetwas anderes Neues begonnen hatte, so wie man auch nach dem Sammeln des Getreides die Dankbarkeit besang, bloss unter dem Geleit der Musik durchgeführt:

Sed quando nemo sanus, hanc ingenu-^[4] am disciplinam aspernetur, quod ab probatissimis magno semper in precio sit habita, atque hinc miris et condignis praeconijs celebrata, maximi tamen faciendam vel ipsa Natura demonstrat, quod haec plurima nobis adminicula praestiterit ad huius officium explendum, vocisque flexum recte modulandum: unde etiam hoc consequitur, ut saepe, licet rudi et inerti cantillatione perstreperemus, laborum tamen graves molestias leniamus, solemur et fallamus. Caeterum haec non modo suo fungitur officio, si nos ad alacritatem sive aliam mentis affectionem voce testandam perpellat ac excitet: verum etiam ubi alios (ut obticeam interim nutricum cantus quibus infantes ad somnum invitant, aut alias concitatos demulcent) Musices officio concinne defungi percipiemus (nisi plane, instar bruti, stupidi simus et ab impudenti stoliditate exagitemur) ad nos etiam commovendos ac excitandos suas quas habet vires exerat, qua subminiculante in adversis solatia ad dolorem nostrum sublevandum administrantur simul ad honestas et arduas res amplectendas extimulamur, quod vel Poetarum carminibus satis liquebit, ut interim quae passim experimur non referam. Prolixior fierem si de Dorio modo quo Timotheus Alexandrum percellerat ac incitabat: Lydio quoque qui ab quibusdam fletibus, aut Mixolydio qui perturbatior Tragoedijs accomodus nusus alijsque, plura percenserem. Dorius enim ad graviores vocis actiones Lydius ad acutiores Phrygius ad medias^[5] utilis habebatur:

Indessen verschmäht aber kein Vernünftiger diese edle Disziplin, weil sie von den Bewährtesten immer in grosser Ehre gehalten und daher in wunderbaren und höchst würdigen Lobpreisungen gefeiert wurde, und selbst die Natur zeigt, dass man sie aufs Höchste schätzen muss, weil diese uns am meisten Beistand zur Erfüllung ihrer Pflicht und zum recht gelenkten Singen der Stimme geleistet hat: woraus auch dies folgt, dass wir oft - wenn wir auch mit roher und ungeschickter Singerei lärmten - dennoch die schweren Lasten der Mühen mildern, lindern und vertreiben. Ausserdem führt die Musik ihre eigene Pflicht nicht nur dann aus, wenn sie uns zur Bezeugung von Erregung oder einer anderen Stimmung des Geistes durch die Stimme reizt und erregt: auch sobald wir (sofern wir nicht gänzlich wie die Blöden, Dummen sind und von schamloser Dummheit verfolgt werden) vernehmen, dass andere den Dienst der Musik kunstvoll erledigen (wie wenn ich schweige währenddessen die Dienerinnen mit ihren Gesängen die Kinder zum Schlaf einladen, oder andere Aufgeweckte besänftigen), hat sie auch für uns diese eigenen, bewegenden und reizenden Kräfte losgemacht; durch ihr zur Handgehen im Unglück wird der Trost zur Milderung unseres Schmerzes ausgeführt und werden wir gleichzeitig zum Anpacken von ehrenvollen und schwierigen Taten angestachelt, so dass sogar durch die Lieder der Poeten hinreichend klar wird, wie wir die Musik bisweilen überall erleben und ich dies deshalb nicht berichten werde. Glücklicher würde ich, wenn ich vom dorischen Modus, mit dem Timotheus den Alexander erschütterte und anspornte, oder auch vom lydischen, der gegen bestimmtes Weinen nützt, oder vom mixolydischen, der geeignet ist für stürmischeren Schwung in den Tragödien und anderem mehr berichten könnte. Dorisch nämlich wurde für den tieferen Vortrag der Stimme, lydisch für den höheren, phrygisch für den mittleren als vorteilhaft angesehen:

Sed hoc tantum perstringam, quod cuivis promptum, Musicam videlicet, tantam habere cum Grammatica Dialectica et Rhetorica connexionem affinitatemque ut nisi rerum vocabula convenienti et debita vocis, vel intensiore vel remissione proferantur, universum Rhetoris officium, quod in eloquendo potissimum constituitur, mancum et mutilum reddatur, atque omni gratia destitutum prorsus corruat. Non itaque temere hunc locum in disciplinarum ordine in quo censetur, sortita est, quae videlicet, Colophonem dictis artibus addat, easque quasi plane absolvat, ut digne ἁμουσοσ dicatur, quasi literas omnino ignoret qui hanc non calleat. Iam vero licet inter caetera vocem quoque habeamus ab natura inditam, universa tamen sic confusa nobis exhibita sunt, ut nisi artium excolantur beneficio, rudia maneant et nihil liberale, adeoque exulto homine dignum hinc consequatur, nisi quatenus ratio (sed apud paucissimos) quaedam attemperavit, cui quoque Artium praecepta, studio et opera maximorum virorum debemus, omnium siquidem disciplinarum primordia et velut seminaria ab natura percepimus, quae deinde cultu artium in uberem proventum producuntur. Proinde operam optime collocasse videntur, qui studium, in hanc praeclaram disciplinam promovendam posuerint, splendidam gratiarum Coronam ab bonis reportaturi, sed expedit etiam nosse quomodo quidque sit tradendum, ut si quid pueris instituitur breve sit, ne praeceptorum vel longitudine, ^[6] varietate, seu multitudine potius obruantur quam quid emolumenti consequantur, videtur hic AUCTOR LAMPADIUS,

Dies aber streifte ich nur soviel, damit jedem sichtbar werde, dass die Musik nämlich eine so grosse Verbindung und Verwandtschaft mit der Grammatik, Dialektik und Rhetorik hat, dass wenn die Benennungen der Dinge nicht mit angemessener und gebührender Stimme, also entweder mit Spannung oder Entspannung, vorgetragen werden, die ganze Pflichterfüllung des Rhetors, die hauptsächlich im Vortragen begründet ist, verkrüppelt und verstümmelt wiedergegeben würde und von aller Anmut aufgegeben geradezu einstürzte. Nicht zufällig also hat die Musik diesen Rang in der Hierarchie der Künste, auf dem sie eingeordnet ist, erlangt, weil sie ja den genannten Künsten ein Kolophon hinzufügt und sie gleichsam gänzlich zur Vervollkommnung bringt, sodass derjenige mit Recht unmusisch genannt wird - so als hätte er überhaupt keine Ahnung von den Wissenschaften -, der diese nicht beherrscht. Mögen wir nun auch unter anderem eine Stimme haben, die uns von Natur mitgegeben ist, sind doch solche Dinge uns allesamt in so verworrener Form zugeeignet, dass sie, wenn sie nicht durch die Leistung der Künste kultiviert werden, unbehauen bleiben, und dass nichts Edles und insoweit eines kultivierten Menschen Würdiges daraus wird, wenn nicht die Ratio (doch bei den Wenigsten) etwas versucht; ihr verdanken wir - durch Eifer und Mühe der weisesten Männer - die Vorschriften der Kunst, denn von der Natur erlernten wir die Ursprünge und Anfänge aller Disziplinen, die dann durch die Pflege der Künste zu fruchtbarem Gedeihen geführt wurden. Darum scheinen diejenigen ihre Mühe am besten angelegt zu haben, die ihren Eifer auf die Förderung dieser vortrefflichen Disziplin gerichtet haben: sie werden unter den Tüchtigen die glänzende Krone der Grazien davontragen; doch ist es auch nützlich zu wissen, wie etwas zu vermitteln ist, damit etwas, wenn es den Knaben unterrichtet wird, prägnant ist, damit sie nicht durch die Länge oder Verschiedenheit der Vorschriften, oder durch die Menge eher erdrückt werden als einen Vorteil zu gewinnen, diese Forderung scheint hier Auctor Lampadius,

ipsum ita observasse quam qui maxime hoc duntaxat respiciens ut erudiret, non quo se vane ostentaret, etiam hinc summam perspicuitatem libello suo addens, quod iuxta morem antiquissimorum Philosophorum, in forma Dialogi, hanc artem simplicissime et distincte tradidit, exemplis etiam luculentis omnia illustravit, ut non tantum in aures traditam artem, verum etiam ad oculos paratam habeas. Hanc igitur ab ingenua pube votis summis amplecti cupiam quae experietur, quantum hinc emolumenti sit adeptura, si ad reconditiora eius investiganda strenuam et solertem operam adhibuerit. Vale.

[7] AUCTOR LAMPADIUS Ioanni Leonardo Toebinck, et Ioanni Schomacher, optimaе spei pueris patritijs. Salutem Dicit Plurimam.

EXigit Quintilianus ab praeceptoribus, studiosi pueri, non solum, ut sint bonis moribus praediti, sine quibus non utiliter literae, quantumvis elegantes, discuntur, & eruditi, quod hi tantum feliciter docere, quae probe teneant, possint sed etiam, ut fideliter fidei suae commissos, instituant. Quod nemo facile praestabit, qui se ad captum auditorum suorum non demiserit. Quum igitur mihi, tradendae Musicae, artis nobilissimae, in schola nostra, mandata sit provincia, iudicavi muneris esse mei, rudes adhuc eius artis pueros, primis elementis, perspicue & simpliciter imbuere. Contraximus igitur ex huius artis clarissimis professoribus, tantum Canonum & praecepto-^[8]rum Musicae, quantum tenerae aetatae satis esse putavimus, in breves & apertas quaestiunculas, quas vobis inscribere ac in rem totius scholae nostrae publicare, nobis visum est non indignum.

so sehr man nur irgend kann, befolgt zu haben, indem er eben lediglich darauf achtete zu erziehen und nicht inwiefern er sich eitel selbst darstellen könne, wobei er auch dadurch seinem Büchlein höchste Klarheit zukommen liess, dass er nach Art der ältesten Philosophen diese Kunst in der Form eines Dialogs einfachst und deutlich vermittelte und alles mit klaren Beispielen illustrierte, damit du die überlieferte Kunst nicht bloss in den Ohren, sondern auch vor Augen bereit hast. Ich würde mir also zutiefst wünschen, dass diese von der einheimischen Jugend ins Herz geschlossen wird, die erfahren wird, welch grossen Vorteil sie daraus erwerben kann, wenn sie fleissige und tüchtige Mühe darauf verwendet, ihre verborgeneren Bereiche zu untersuchen. Leb wohl.

Autor Lampadius dem Johannes Leonardus Toebink und dem Johannes Schomacher, den einheimischen Knaben grösster Hoffnung. Er grüsst sie herzlich.

Quintilian fordert von den Lehrern, eifrige Knaben, nicht allein, dass sie mit guten Sitten ausgestattet sind, ohne die die Wissenschaften, so kunstsinnig und gelehrt sie auch sind, nicht vorteilhaft gelernt werden, weil nur diese erfolgreich lehren können, die sich rechtschaffen halten; sondern er fordert auch, dass sie das Anvertraute treu ihrer Gewissenhaftigkeit unterrichten. Denn dies verrichtet niemand mühelos, der sich nicht auf den Bildungsstand seiner Zuhörer herablässt. Als mir folglich in unserer Schule der vornehmsten Kunst das Amt übertragen wurde, die Musik zu vermitteln, glaubte ich, es sei meine Pflicht, die bis dahin in dieser Kunst ungebildeten Knaben mit den ersten Grundkenntnissen anschaulich und einfach vertraut zu machen. Wir sammelten daher bei den berühmtesten Professoren dieser Kunst so viele Regeln und Vorschriften der Musik, wie wir meinten, für das zarte Jugendalter genügend zu sein, in kurzen und klaren, kleinen Untersuchungen, die Euch aufzuschreiben und zum Nutzen unserer ganzen Schule zu veröffentlichen, uns nicht unwürdig schien.

Quo facilius & vos prima Musicae rudimenta percipiatis, & aequus iudex penitus intelligat, calumniatores ludi nostri, impudenter agere, quum blaterant, pueros scholae nostrae, negligi, cum in alijs bonarum artium rudimentis, tum in Musicis. Vestri est officij, gratis animis, hoc, quicquid est libelli, suscipere, ac in his quaestiunculis perdiscendis vos diligenter exercere, & praeceptores vestros, non minus amare quam studia: Valete optimae spei pueri. Data Luneburgi, ex aedibus nostris. Anno 1537.

Damit nehmt Ihr auch leichter Eure ersten Versuche in der Musik wahr und der gerechte Richter wird völlig einsehen, dass die Kritiker unserer Schule unverschämt handeln, wenn sie schwätzen, dass die Knaben unserer Schule sowohl in der Musik als auch in anderen Versuchen der edlen Künste vernachlässigt werden. Eure Pflicht ist es, mit dankbarem Geiste dies alles, was das Büchlein enthält, aufzunehmen, Euch beim gründlichen Erlernen dieser kleinen Untersuchungen sorgfältig zu üben, und Eure Lehrer nicht weniger zu lieben als das Studium: lebt wohl, Knaben grösster Hoffnung. Gegeben in Lüneburg, aus unserem Hause. Im Jahre 1537.

[9] COMPENDIUM MUSICES ex eruditissimorum Musicorum, scriptis, in usum Tyronum in Dialogi formam congestum.

QUid est Musica? Est quae rectas cantandi formulas demonstrat. teuto. eyne singekunst.

Quotuplex est? Duplex, Theorica & practica.

Quid est Theorica? Est ars quae diversorum sonorum proportionem, ingenio & ratione perpendit.

Practica quae est? quae certum psallendi modum praescribit.

Principalis practicae Musices Divisio.

Quotuplex est practica? Duplex, Choralis, & Mensuralis.

[10] Quid est Choralis Musica? Est quae nullo notarum discrimine constat.

Quid est mensuralis? quae circa varias notarum, pausarumque species consistit, de qua inferius.

De Clavibus Musicis.

Quid est clavis? Est vocis formandae index, adhaerens lineae aut linearum intervallis.

Quot sunt claves? viginti, Recita? r ut, Are, Bmi, Cfaut, Dsolre, Elami, Ffaut, Gsolreut, alamire, bfa_h mi, csolfaut, dlasolre, elami, ffaut, gsolreut, aalamire, bbfa_h h_h mi, ccsolfa, ddlasol & eela.

Sunt ne plures Claves praeter viginti? Minime, verum quando in Scala b molli, b, clavis, in duas dividitur, tunc viginti duae numerantur.

Ein Kompendium der Musik, zusammengetragen aus den Schriften der gelehrtesten Musiker zum Nutzen der Schüler in Form eines Dialoges.

Was ist die Musik? Die Musik demonstriert die rechte Gestaltung des Singens. Zu Deutsch: Eyne Singekunst.

Wie viele Formen der Musik gibt es? Zwei, die Theorie und die Praxis.

Was ist die Theorie? Sie ist die Kunst, die durch Begabung und Verstand die Verhältnisse der verschiedenen Töne gründlich erwägt.

Was ist die Praxis? Sie schreibt die konkrete Art des Singens vor.

Die hauptsächliche Teilung der praktischen Musik:

Wie viele Arten der Praxis gibt es? Zwei, die chorale und die mensurale.

Was ist chorale Musik? Bei ihr ist kein Unterschied der Notenwerte vorhanden.

Was ist mensurale Musik? Sie besteht aus verschiedenen Arten von Notenwerten und Pausen, und ist insofern untergeordnet.

Über die Töne der Musik:

Was ist ein Ton? Das ist ein Anzeiger zur Gestaltung der Stimme, der an die Linien oder Zwischenräume der Linien gebunden ist.

Wie viele Töne gibt es? Zwanzig. Zähle sie auf! r ut, Are, Bmi, Cfaut, Dsolre, Elami, Ffaut, Gsolreut, alamire, bfa_h mi, csolfaut, dlasolre, elami, ffaut, gsolreut, aalamire, bbfa_h h_h mi, ccsolfa, ddlasol und eela.

Gibt es nicht noch mehr Töne nebst diesen zwanzig? Nur wenige, aber wenn in der Skala b molle der Ton b zweigeteilt wird, dann werden zweiundzwanzig gezählt.

[11] De Clavium dispositione.

Quid est Clavium dispositio? Est Musicalium, in ordinem quendam distributio.

Quot sunt dispositiones Clavium? tres, infima, media, & suprema.

Infima quae est? quae octo claves includit, ut, r ut, Are, Bmi, Cfaut, Dsolre, Elami, Ffaut & Gsolreut, dicuntur etiam graves sine capitales.

			infra omnes ponuntur
	Infimae?		
Cur dicuntur	Graves?	quia	gravem sonum reddunt
	Capitales?		capitalibus & gradiusculis literis scribuntur.

[12] Media quae est? Quae septem claves continet, ut, alamire, bfa₄mi, csolfaut, dlasolre, elami, ffaut, & gsolreut: Et vocantur, Mediae, acutae, & minutae.

			Intra infimas & supremas Ponuntur.
	Mediae?		
Quare vocatur	Acutae?	quia	acutum sonum praebent.
	Minutae?		minutis ac pusillis literis scribuntur.

Über die Anordnung der Töne:

Was ist die Anordnung der Töne? Das ist die musikalische Verteilung in einer bestimmten Ordnung.

Wie viele Anordnungen der Töne gibt es? Drei, die untere, die mittlere und die obere.

Wie sieht die untere Anordnung aus? Sie umfasst acht Töne, nämlich r ut, Are, Bmi, Cfaut, Dsolre, Elami, Ffaut und Gsolreut, die auch Tiefe oder Grosse genannt werden.

			unter alle anderen gesetzt werden.
	Unterste		
Warum werden sie	Tiefe	genannt? Weil sie	einen tiefen Ton wieder- geben.
	Grosse		mit grossen und ganz grossen Buchstaben geschrieben werden.

Wie sieht die mittlere Anordnung aus? Sie umfasst sieben Töne, nämlich alamire, bfa₄mi, csolfaut, dlasolre, elami, ffaut und gsolreut. Diese werden Mittlere, Hohe oder Winzige genannt.

			zwischen die Untersten und Obersten gesetzt werden.
	Mittlere		
Warum werden sie	Hohe	genannt? Weil sie	einen hohen Ton bewirken. mit kleinen und winzigen Buchstaben geschrieben werden.
	Winzige		

Suprema quae est? Quae quinque Claves includit. scilicet Aalamire, bbfa_h _h mi, ccsolfa, ddlasol, & eela, quae etiam geminatae & excellentes dicuntur.

	Supremae?	ratione
Qua ratione dicuntur	Geminatae ?	positionis quod geminatis literis scribuntur quia caeteras omnes suo sono excellent.
	Excellentes?	

[13] De compositione Clavium.

Quid est compositio Clavium? Est Literarum & vocum Musicalium coniuncto.

Quot modis claves componuntur? duobus, ex literis & syllabis.

Quot literis? septem, ut, a, b, c, d, e, f, G.

Quot syllabis? sex, utpote, ut, re, mi, fa, sol, la, quae in Musica voces dicuntur. Hic observabis puer, literam, in compositione clavium, semper debere praeponi, iuxta illud.

Principium cuiusvis Clavis litera est, finis vere vox.

De Scala.

Quid est Scala? Est bene canendi fundamentum. Nam nisi quis in ea fundamenta fideliter iecerit, difficile certam modulandi artem consequi poterit.

[14] Scala Generalis, in qua Claves continentur.

[Tabula]

Wie sieht die obere Anordnung aus? Sie umfasst fünf Töne, nämlich Aalamire, bbfa_h _h mi, ccsolfa, ddlasol und eela, die auch Verdoppelte und Herausragende genannt werden.

	Höchste	genannt?
Warum werden sie	Verdoppelte	Weil sie aufgrund der Lage alle übrigen mit ihrem Ton überragen und daher mit doppelten Buchstaben geschrieben werden.
	Herausragende	

Über die Zusammensetzung der Töne:

Was ist die Zusammensetzung der Töne? Sie ist die musikalische Verbindung des Tonbuchstabens mit der Hexachordsilbe.

Aus wie vielen Teilen sind die Töne zusammengesetzt? Aus zweien, aus den Buchstaben und den Silben.

Wie viele Buchstaben gibt es? Sieben, nämlich a, b, c, d, e, f, g.

Wie viele Silben gibt es? Sechs, nämlich ut, re, mi, fa, sol, la, die in der Musik Hexachordsilben genannt werden. Hier Knabe, sollst du beachten, dass der Buchstabe bei der Zusammensetzung der Töne immer vorangesetzt werden muss, dicht neben die Silbe.

Der Anfang eines jeden Tons ist der Tonbuchstabe, das tatsächliche Ziel die Hexachordsilbe.

Über die Skala:

Was ist eine Skala? Sie ist das Fundament des rechten Singens. Denn wenn einer nicht auf diesem Fundament gewissenhaft aufbaut, kann er schwerlich die echte Kunst des Singens verfolgen.

Umfassende Skala, in der die Töne enthalten sind.

[Tabelle]

[15] Quot ex dictis clavibus dicuntur signatae? quinque, ut, r ut, Ffaut, csolfaut, gsolreut, & ddlasol.

Cur vocantur signatae? quia expresse in cantus exordio ponuntur.

Qua ratione? quae cantoribus certam intonandi rationem praemonstrant. Signa clavium signatarum in utroque cantu.

Quot ex his sunt magis familiares? duae scilicet, f & c. Reliquae in cantu mensurali sunt frequentiores, praecipue in compositione cantilenarum ad quam, maxime conducunt.

[16] De distantia earundem.

Et distant inter se mutuo per diapenten, F, tamen ab ramma distinguat septima quamvis.

De vocibus.

Quid est vox Musicalis? Est syllaba qua clavium tenor exprimitur.

Quot sunt voces? sex, scilicet, Ut, re, mi, fa, sol, la.

Differunt ne voces? maxime, nam ex dictis sex vocibus, quaedam molles, quaedam durae, & quaedam mediocres sive naturales dicuntur.

	Molles?		ut & fa
	Durae?	due	
Quot		sunt	mi et la
sunt	mediocres		
	sive natu- rales?		re & sol

Wie viele aus den benannten Tönen werden Schlüssel genannt? Fünf, nämlich r ut, Ffaut, csolfaut, gsolreut und ddlasol.

Warum werden sie Schlüssel genannt? Weil sie ausdrücklich an den Anfang des Gesangs gesetzt werden.

Aus welchem Grund? Sie geben den Sängern den sicheren Anhalt zum Ansingen. Die Zeichen der Schlüssel finden sich in allen Gesängen.

Wie viele daraus sind vertrauter? Zwei, nämlich f und c. Die Übrigen sind im mensuralen Gesang häufiger, besonders in Liedkompositionen, in denen sie am meisten vorkommen.

Über den Abstand derselben:

Untereinander sind die Schlüssel durch eine Quinte getrennt, F jedoch liegt von r eine Septime entfernt.

Über die Hexachordsilben:

Was ist eine musikalische Hexachordsilbe? Das ist eine Silbe, durch die der Verlauf der Töne dargestellt wird.

Wie viele Hexachordsilben gibt es? Sechs, nämlich ut, re, mi, fa, sol, la.

Unterscheiden sich die Hexachordsilben? In höchstem Masse, denn aus den genannten sechs Hexachordsilben werden einige weiche, einige harte und einige mittelmässige oder natürliche genannt.

	weiche		ut und fa
	harte	gibt es?	
Wie viele		Zwei:	mi und la
	mittel- mässige oder natürliche		re und sol

Molles? mollem
 Cur di- durum sonum
 cuntur Durae? quia medi- praebent
 ocrem
 Medio-
 cres?

[17] Exercitatio sex vocum Musicalium.

DISCANTUS.

[Exemplum]

Ordo vocum differentiarumque.

TENOR

[Exemplum]

Ordo vocum differentiarumque.

Quot sunt vocum deductiones? septem,
 quarum prima auspiciam facit in r ut, secunda
 in Cfaut, tertia in Ffaut, quarta in Gsolreut,
 quinta in csolfaut, sexta in Ffaut, septima in
 gsolreut, ut patuit in supra scriptis scalis.

De vocum mutatione

Quid est vocum mutatio? Est unius vocis in
 aliam variatio.

[18] Quot vocibus fit? Duabus, scilicet, re, &
 la.

Quomodo? ascendendo fit per vocem re,
 descendendo vero per la, hoc modo.

[Exemplum]

Amice quomodo huc intrasti.

De coniunctis sev fictis vocibus.

weiche weichen
 Warum genannt? Ton
 werden harte Weil sie harten erzeu-
 sie einen gen.
 mittel- gemässigten
 mässige

Übung über die sechs musikalischen Hexa-
 chordsilben:

Diskant

[Beispiel]

Ordnung der Hexachordsilben und ihre
 Differentiae.

Tenor

[Beispiel]

Ordnung der Hexachordsilben und ihre
 Differentiae.

Wie viele Herleitungen der Hexachordsilben
 gibt es? Sieben, deren erste den Anfang in r ut
 macht, die zweite in Cfaut, die dritte in Ffaut,
 die vierte in Gsolreut, die fünfte in csolfaut,
 die sechste in Ffaut, die siebente in gsolreut,
 so wie es in den oben gesetzten Skalen
 ersichtlich ist.

Über die Veränderung der Hexachord-
 silben:

Was ist die Veränderung der Hexachord-
 silben? Sie ist der Wechsel einer Hexa-
 chordsilbe in eine andere.

Durch wie viele Hexachordsilben geschieht
 das? Durch zwei, nämlich re und la.

Wie? Dies geschieht beim Aufsteigen durch
 die Hexachordsilbe re, beim Absteigen aber
 durch la, auf diese Art.

[Beispiel]

Freund, wie bist du hier eingetreten.

Von den angrenzenden oder
 leiterfremden Hexachordsilben:

Quid est vox coniuncta? quae in clave canitur, in qua essentialiter non reperitur, nec in eius octava.

Quot sunt coniunctae, sive voces fictae? duae, scilicet, fa & mi.

Cur sunt inventae? ob suavissimam ac laepidissimam resonantiam, quam, in cantu positae, praebent.

Quot sunt claves, in quibus istae voces reperiuntur? in omnibus fere clavibus poni possunt, sed hoc, propter dissonantiam vitandam.

[19] Per quae signa indicantur? per signum *b* mollitatis & *h* duri sive aspirationis.

Quomodo? Signum *b* mollitatis invenitur in locis *h* duralibus, quando vox naturaliter dura in mollem mutatur. Signum vero *h* duri sev aspirationis reperitur in locis *b* mollaribus ubi vox naturaliter dura mutatur in mollem.¹

Hoc modo.

[Exemplum]

[20] Argutiora exempla ac suaviora, in Musica Andrae Ornitoparchi reperies, quae, cum haec prima rudimenta perceperis, consules.

De differentia notarum choralium.

Differunt ne notae in Cantu choralis? minime: Nam cuiuscumque speciei fuerint, sive ligatae, sive non, licet formam varient, tamen valorem suum nunquam immutant. Omnes enim eodem tactu sunt proferendae. etc.

De Cantibus.

Quid est cantus? est sex vocum & continua & apta deductio.

¹ Lampadius hat hier offensichtlich beim zweiten Mal versehentlich das Begriffspaar durum/molle verwechselt.

Was ist eine angrenzende Hexachordsilbe? Diese wird in einem Ton gesungen, in dem sie eigentlich nicht gefunden wird, auch nicht in dessen Oktave.

Wie viele angrenzende oder leiterfremde Hexachordsilben gibt es? Zwei, nämlich fa und mi.

Warum wurden sie erfunden? Wegen des angenehmsten und anmutigsten Klangs, den sie, beim Gesang angewendet, erzeugen.

Wie viele Töne gibt es, in denen jene Hexachordsilben auftauchen? Sie können in fast allen Töne angewendet werden, was aber wegen der Dissonanz zu vermeiden ist.

Durch welches Zeichen werden sie angezeigt? Durch das Zeichen *b* der Weichheit und *h* der Härte oder Aspiration.

Wie? Das Zeichen *b* der Weichheit wird anstelle des harten *h* gefunden, wenn die Hexachordsilbe naturgemäss von hart nach weich ändert. Aber das Zeichen *h* der Härte oder Aspiration wird anstelle des weichen *b* gefunden, wo die Hexachordsilbe naturgemäss von weich nach hart wechselt. Auf diese Art.

[Beispiel]

Ausdrucksvollere und angenehmere Vorbilder wirst du in der Musica des Andreas Ornitoparch finden, die du zu Rate ziehst, wenn du diese ersten Probestücke begriffen haben wirst.

Über den Unterschied der choralen Noten:

Unterscheiden sich die Noten im choralen Gesang? Nur wenig, denn welcher Art sie sind, ob sie gebunden sind oder nicht, oder ob sie die Form ändern: ihr Wert bleibt stets unveränderlich. Alle sind nämlich im selben Schlag vorzutragen. etc.

Über den Hexachord:

Was ist ein Hexachord? Er ist das passende und fortlaufende Führen von sechs Hexachordsilben.

Quotuplex est Cantus? triplex, scilicet, Naturalis, b mollaris, & ♯ duralis.

Quomodo cognoscuntur? per ut penes ascensum, sic.

[21] C, c naturalis.
Omnis
cantus F, f est b mollaris.
habens
ut in ♮ G, g ♯ duralis.

Exemplum de Cantu naturali.

[Exemplum]

Ut in C faut.

[Exemplum]

Ut in F faut b mollari.

[Exemplum]

Ut in G solreut ♯ durali.

In C natural, Fbmol, Gque ♯ dural, ♯ durum triplico reliquos cantus geminabo.

[22] De Solfizatione.

Quid est Solfizatio? Est vocum Musicalium continua expressio.

Quid respiciendum est in Solfizatione? in solfizatione maxime considerandum est, in hac enim totum negotium situm est, quare cantores, in expressione vocum, diligenter b clavem respicient atque observabunt, ne mi loco fa expriment, aut contra.

Quomodo igitur istae voces quae in clavibus continentur sumendae sunt, in solfizatione?

Wie viele Arten von Hexachorden gibt es? Drei, nämlich natürlich, b molle und ♯ durum.

Wie werden diese erkannt? Durch die Silbe ut beim Aufstieg, so.

C, c natürlich
Jeder
Hexa- F, f hat, b molle
chord, ist
der ut in ♮ G, g ♯ durum

Beispiel aus einer natürlichen Melodie.

[Beispiel]

Ut in C faut

[Beispiel]

Ut in F faut b molle

[Beispiel]

Ut in G solreut ♯ durum

Bei C natürlich, Fb molle und G ♯ durum, verdreifache ich das ♯ durum, die übrigen Hexachorde verdopple ich.²

Über die Solmisation:

Was ist die Solmisation? Sie ist der fortlaufende Ausdruck der musikalischen Hexachordsilben.

Worauf ist in der Solmisation Rücksicht zu nehmen? In der Solmisation ist vor allem zu beachten, dass die Sänger beim Ausführen der Hexachordsilben achtsam den Ton b berücksichtigen und aufpassen, dass sie nicht mi anstelle von fa singen, oder umgekehrt.

Auf welche Art sind also jene Hexachordsilben, die in den Tönen enthalten sind, in der Solmisation zu verwenden?

² Lampadius formuliert dies als kurze Merkregel. Gemeint ist, dass von den drei Arten der Hexachorde die Variante ♯ durum über die ganze Skala dreimal vorkommt, die naturalis und b molle Hexachorde dagegen nur zweimal.

Voces sunt duplices, inferiores, quae, si cantus in altum tendit recipiendae sunt, utpote, ut, re, mi: Et superiores, scilicet, fa, sol, la, quae in descensu cantus sumuntur: Sed in primis respicienda est scala, dura an mollis sit.

CANON

Quotiescunque enim signum \flat & \natural praeter cantus naturam signatur, modulabitur fa vel mi quousque duraverit.

[23] Quomodo hoc deprehendam, quousque duraverit? non oportet experimentem voces, signaturam sequi, quemadmodum \flat fa \natural mi, in scala \flat molli sequimur, sed quam primum illae voces motae fuerint, & cursus ad locum suae motionis pervenerint, tunc nec fa nec mi, sed quam scala regulariter exigit, recipienda est.

Hoc modo.

[Exemplum]

De octavis idem est Iudicium.

[24] De cantu trasposito notetur sequens Distichon.

*Quantum conscendit clavis, tantum nota,
rursus
Descendit, verso quoque sic intellige
sensu.*

Cur cantus transpositio est inventa? propter linearum inopiam, nam olim cantores suas cantiones tribus aut ad summum quatuor lineis depinxerunt, id quod adhuc hodie in omnibus fere canticorum libellis cernitur, nunc autem raro hac utimur, quia, si necessitas urget, sextam ad ijcimus lineam, quod etiam ubique obvium est.

[Exemplum]

Haec sunt convivia.

Es gibt zweierlei Hexachordsilben, die unteren, die zu verwenden sind, wenn der Hexachord in die Höhe zielt, nämlich ut, re, mi. Und die oberen, die im Abstieg des Hexachords genommen werden, nämlich fa, sol la. Aber zu Beginn ist zu berücksichtigen, ob die Skala hart oder weich ist.

Regel:

Sooft nur immer nämlich das Zeichen \flat oder \natural entgegen dem eigentlichen Hexachord angezeigt wird, wird fa oder mi so lange verändert wie dies dauert.

Wie ist zu erkennen, wie lange dies dauert? Man darf nicht, wenn man die Hexachordsilben ausdrückt, der Bezeichnung folgen, so wie wir b-fa-mi in der weichen b Tonleiter folgen, sondern sobald diese Hexachordsilben bewegt und die Läufe ans Ziel ihrer Bewegung gelangt sind, darf man nicht mehr fa und mi lesen, sondern den Ton, den die Leiter regulär fordert.

Auf diese Art.

[Beispiel]

Bei der Oktave ist das Verfahren dasselbe.

Über den Schlüsselwechsel wird im folgenden Distichon geschrieben.

*Soviel der Schlüssel steigt, so viel die Note
dagegen
sinkt, begreife es auch mit schlauem Sinn.*

Warum ist der Schlüsselwechsel erfunden worden? Wegen des Mangels an Linien, denn einst zeichneten die Sänger ihre Gesänge mit drei oder höchstens vier Linien, worauf also bis heute in fast allen Gesangs-büchlein Rücksicht genommen wird; heut-zutage aber verwenden wir dies selten, denn, wenn die Notwendigkeit drängt, treffen wir auf die sechste Linie, was ja überall hilfreich ist.

[Beispiel]

Dies sind die Gastmähler.

De Intervallis sive modis Musicis.

[25] Quid est Intervallum? est vocis ab voce distantia.

Quotuplex est Intervallum? Duplex, scilicet, simplex & compositum.

Quot sunt Intervalla simplicia? quinque, unissonus, tonus, diatessaron, diapente, & diapason. Reliqua omnia ex dictis componuntur.

Quid est unissonus? est fundamentum & principium modorum, vel est duarum vel plurium notarum in eodem loco reiteratio, sic.

Sequitur Tabula resolutoria de Intervallis usitatoribus.

[26] [Tabula]

[27] Quot sunt semitonia? duo: Alterum Maius, fitque ex fa in mi proximum, & Alterum Minus, quod fit ex tono. Iudicaturque per hoc X signum.

Quot sunt Toni? quatuor, qui moventur in proximam secundam, sic.

[Exemplum]

Ex his quatuor reliqui omnes formantur.

Exercitatio de modis sive intervallis.

[Exercitatio]^[28]

[29] De prohibitis intervallis.

Quid est prohibitum intervallum? est vocis bene sonantis contra male sonantem positio.

Quot sunt? tria, Tritonus, Semidiapente, & Semidiapason.

Über die Intervalle der Musik:

Was ist ein Intervall? Das ist der Abstand zwischen zwei Tönen.

